



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nervi Sine Mole: h. e. Controversiarvm Roberti Bellarmini  
S. Rom. Ecclesiae Cardinalis Eminentissimi Compendium,  
à cavillis & imposturis Guilielmi Amesij ... Vindicatum**

**Erbermann, Veit**

**Heripoli, 1661**

Cap. III. De certitudine Electionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9498**

nugatur, Certitudo illa infimi gradus, sine dubio non habet firmitatem & immutabilitatem suprema (Metaphysicæ) certitudinis; habet tamen aliquam humano scil. modo; nisi forte Gerhard numquam firmiter assensus fuerit, atq; exploratè & immobiliter verum crediderit, extitisse olim Aristotlem, Ciceronem, Augustinum, Concilium Nicænum 318. Patrum, Lutherum habuisse thori sociam Catharinam Boram, & similia sexcenta. Et tamen ejusmodi omnibus quis dubitet posse subesse falsum? ejusdem pueril tatis est, quod Th. 106, ait: *Vbi non excluditur omnis formido, ibi nec anxietas &c.* Mirum est si homo iste præ anxietate noctu dormire potuerit, cum juxta sua principia de omnibus moraliter tantum certis debuerit anxius esse!

## CAPVT TERTIVM. De certitudine Electionis.

Quæstio est, An fidelis absq; speciali revelatione statuere possit ac debeat, se esse ex numero electorum? Pontificii negant, nos affirmamus, ait Amesius

Hæc Calvinica assertio, (non tam hæretica, quam fatua) tum verbo DEI, tum manifestæ rationi adversatur. Quid aperiūsistis verbis. Rom. 11. Tu fide flas, noli altum sapere, sed time, ne forte & tibi non parcat. I. Co. 10. Quis stat, videat, nec cadat. Apoc. 1. Tene quod habes, ne forte alius accipiat coronam tuam. 2. Ioan. Vnde dete, ne perdatis quæ operati estis. Ps. 2 apprehendite disciplinam, ne pereatu de via iusta, &c. Hæc & similia sine dubio dicuntur fidelibus. At si hi certi sunt persuam specialem fidem de electione ad gloriam, merito ridebunt omnes ejusmodi admonitiones timorem inutere volentes, quia infallibiliter securi sunt de sua salute. Amesius quidem ait, ea Scripturæ dicta non exhortari veros fideles ad timorem refectionis, sed ad Missatris divina reverentiam, ad sollicitam peccatis callam,

telam, & ad rūm hæc Glor textui sacro existimat ( se flare; & ita profissionem te dicitur. Tu f stat, jubetur i finalem. Ve sio Calvinicæ infidelitatē salutis. Quer delem, ut timelē DEV M, a lete videretur phemum est electos, duantur, ne E am suam, tendæ salutis festum non in fallibili certi ni. Ergo & revelationem certum esse, ut videretur Bellarminum quibus tota vancè probatio pendere à co 2.2. Tim. 2. tum Bellarm vit, ut confesse operæ videtur in diutius. CVM Ames Rom. 8. Qua vii. M

telam, & ad ira divinae adversus peccata tremorem. Verum hæc Glossa Puritanica nimis aperte contradicit textui sacro. Etsi enim 1. Cor. 10. 12. dicatur, *qui se existimat (se ut Amesius interpretatur, qui videtur) stare; & ita possit utcunque ad externam Fidei professionem torqueri: tamen Rom. 11. nimis clare dicitur, Tu fide stas, is ipse tamen qui à parte rei fide stat, jubetur timerel apsum adeoque reprobationem finalem.* Verissime ergo dixit Bell. Si vera esset evasio Calvinicorum, Spiritus S. hortaretur electos ad infidelitatem, cùm horratur ad timorem amittendæ salutis. Quemadmodum enim si quis admoneret fidem, ut timeret, ne forte non sit verum, Christum esse DEVVM, ad impietatem eum sine dubio impellere videretur: ita prorsus Spiritus S. (quod blasphemus est cogitare) ad impietatem provocaret electos, dum hortatur, ut timeant, ne forte exscindantur, ne pereant de via justa, ne amittant coronam suam. Manifestum hinc est, timorem amittendæ salutis juberi aut suaderi à Spiritu S. Manifestum non minùs est, timorem amissionis, cum infallibili certitudine adeptionis non posse componi. Ergo & manifestum, neminem citra specialem revelationem sive electionis, infallibiliter de hac certum esse, quod erat demonstrandum. Amesius, ut videretur quoquo modo suis Tyronibus enervasse Bellarminum, ea quæ maximè ad rem faciunt, & in quibus tota vis rationis est, suaviter omisit. Tertiam sanè probationem è Scripturis, quæ docent, salutem pendere à conditione operum. Matth. 5. & 19. Rom. 1. 2. Tim. 1. &c. non nisi aperta falsatione verborum Bellarmini, ac mox subjecta calumnia enervavit, ut conferenti utraque patet. Neque enim opera videtur premium in rem manifesta immotu diutiū. Sed videamus absurdum dogmatis VNI-CVM Amesii fundatum. Illud nempe Apostoli Rom. 8. Quos vocavit, hos iustificavit, & glorificavit. Mirum sanè est quod, omissis qua-

Kkkk 2 tuor

tuor aliis Buceri & Calvini fundamentis, hoc unius Remnitiano nitatur Calvinista, quod ipse non aliter quam illustri mendacio fulcit, dum responsurus solutioni Bellarminianæ [quod nemo possit scire qui sint vocati & justificati secundum propositum:] ait: *Nemo certè unus potest omnes tales scire* (quis dubitat?) *sed efficaciter vocatos posse scire se esse vocatos secundum propositum DEI*, nec Bell. negare ausus est: & Apostolam clare docet, ac si Solis radio scripsisset, dum ad confessionem fidelium hoc proponit, & applicat postea ad semet ipsum, cum aliis fidelibus ex certa & invincibili persuasione. ¶ 31. 32. 34. 37. 39. Satis etiam apparet ex y. 28 omnes diligentes D E V M esse etiam vocatos secundum propositum &c. 2. Tim. 1. 9. omnes vocatos ex gratia, ex proposito etiam vocari. Resp. Si phrasii hyperbolice hujus Creensis uti libeat, dicendum erit, haec Amesiana mendacia esse Solis radio scripta. Quam impudenter Bellarmino affingit, quod constat eum ut haeresin reprobasse! Quod ope Quodlibeticæ sua artis subjiciat haeretico suo errori verba illa Apostoli, monstratum est prox. cap. 2. §. 3. Obj. 3. Nimirum omnes etiam Puritani nepotes & discipuli sunt magni illius Patriarchæ & Doctoris, qui conceptis verbis pronunciavit: **LEGES INTERPRETANDI VERBI DEI NON PATIOR!**

## CAPVT QVARTVM. De certitudine perseverantiae Sanctorum.

*Quæstio est, An verè fideles possint esse certi de sua perseverantia? Pontifici negant, Nos affirmamus,*  
*ait Amesius.*

Scripturæ testimonia tot & tam perspicua sunt, ut mirum sit, potuisse in mentes hominum ejusmodi errorem cadere. Ezech. 18. *Cum averterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in illa. Quid clarus? Quomodo, quæso, avertitur justus à iustitia, si fide*

fide solā justi-  
tingui non pot-  
tius effet ad propo-  
fidem in Christum  
absolutè affirmari  
modo agatur, &  
illa, nihil ex illis  
tas nihil aliud  
fica autem cavi-  
qua Propheta l  
externa, legalis-  
titis Christi eti-  
tat, sive non ave-  
faica justitia, se  
Nisi abundaveri-  
Maris orum, m  
morte æternæ i  
ab illa justitia

II. Matti-  
us autem perser-  
Et ego non omni-  
mes si Quodlib-  
It si multi profes-  
bon charitatem e-

Tit. 1. 1. Resp.  
dicit Textus A  
tis non magis  
casus. Verum  
perseverantem

natorum ut sic  
est tamen ide-  
Charitatis, sive  
credunt & dil-

Cum enim lib-  
omittere & ce-  
III. 2. C  
reprobis efficiar.  
certitudinem